

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.I.], 1519

Auaritiam maximum esse fomitem immanitatis

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](#)

Fol. XXVIII

Cordadus Princius. Hic succellit Vgolino Princio Fulgi
niæ floruitq; sub Martino quinto . contra quem Brachianas
partes secutus est. Lege Platinam , Sabellicū & Volaterranū.

Platina

Fulginiae. Vrbis sita in medio campi , qui est inter Spolerū Fulginea
& Perusiam , quondam sine mœnibus erat , nunc autem muris
egregie cincta , & ædificijs ita ornata ut vmbriæ ciuitates fa-
cile supereret , ait interpres Sillij , qui libro . 8. meminit Fulgito
in catalogo vrbium , ibi . His vrbes arua .

Silius

In Vmbria. Vmbrorum gens antiquissima Italiae existima-
tur , ve quos Vmbros a Græcis putent dictos , quod inunda-
tione terrarum hymbribus superfluerint . Autor est Plin .

Plinius

Arcis Nucerinæ. Quatuor eius referuntur nominis in Ita-
lia . Una in Apennino sita , alia in Campania , tertia item in Nucerinæ
Apennino prope Mutinam , quarta in Apulia , Nuceria Apulo
rum Ptolomæo vocata , alijs Luceria .

Ptolem.

Neronianæ fidiculæ. Instrumenta torturæ a Nerone ex-
cogitata . Numerantur etiam inter genera tormentorum fidi-
culæ , de quibus in commentarij Stauostichon late scripsimus .

Spiegel

In Gemonias. Apud populos etiā peculiares extirisse car-
ceres , quorum nomina vltro citro se offerunt in R e u c h l i n i a n i s C a r c e r e s
pro gymnasmaris enarraui , vt apud A t h e n i e n s e s Barathrum , famosi .
Mecyon apud Syracusanos . Gemoniæ schalæ apud Roma-
nos , & Coraces apud Archadas .

Auaritiam maximum esse
fomitem immanitatis .

IAm vero avaritia vt plurimorum est viciorum Improbatio
fomes : sic etiam & immanitatis : præsertim vbi avaricie
fuerit ambitioni coniuncta . Qualis autem ea
sit : ne tibi Virgilianum illud dictum parum esse
verum videatur .

Quid nō mortalia pectora cogis , Auri sacra fæs ? Sacra fama
hoc accipe non exiguum eorum esse numerum ;

h ij.

De Immanitate.

qui dum paternę successionis pauculos menses di
Parentes tol lationem ferre nequeāt: parentes suos sustulerint.
lere Pygmaliōes Perq̄ multi quoq; inuentisunt Pygmaliones: in
Pygmaliōes numerabiles etiam Polymnestores. Tabulæ tum
Polymnesto res Syllanæ: tum etiam triumvirales: nullum profec
Tabulæ Syl lanæ.
Triūvirales tio existit immanitatis genus: quod non sint aut
complexæ: aut etiam prætergressæ: siue ob domi
nandi libidinem: siue ob spoliandi cupiditatem:
siue ob iræ ac vindictæ sitientissimam rabiem: si
ue etiā in grassationis voluptatem: excarnifican
dicq; oblectamentū: gestientiam: atq; ingluuiem.

SCHOLIA.

Avaricia
not.

Cupiditas.

Plurimorum viciorū. Non est species malī, quam hic
virosus fomes non proferat, vt admodum certum sit, quod
spiritus locutus est in Paulo ad Timotheum cap. 6. primæ. Ce
terum qui volunt ditescere, incidunt in tentationem & laque
um & cupiditatem multas stultas ac noxias, quæ demergunt ho
mines in exitium & interitum. Siquidem radix omnium mali
rum est philargyria, hoc est vt Erasmus verit studium pecu
niæ siue avaritia vt Ambrosius legit, quam quidem dum app
erunt aberrauerunt a fide & seipso implicuerunt laboribus mul
tis. Pecuniæ studium quod summopere sapientes fugere oportet
et iuxta Sallustium est radix illa & non ipsa pecunia. Appo
site igitur verit philargyram Erasmus studium pecuniæ, pro
quo alij habent cupiditatem, quæ aliarum item rerum est vt
gloriæ, imperij, voluptatum, vindictæ. Nec possum præter
ire silentio quod prudenter Seneca inquit, Multum esse, diuis
tiarum contubernio non corrumpi, & affluentibus hinc inde
diuitijs viciorū fornibus animum seruare inconcussum, Qua
lem sophistam Herodem in summa rerum affluentia in ysum
liberalitatis collata seruasse legimus, Quod sciret τὸν οὐλας
γυριπ μητόπολιν εἰν ταῖς κακίστ. Id est Avaritiam
esse totius viciositatis metropolim.

Fol. XXIX

Coniuncta ambitioni. Immoderatae laudis cupiditati. **Ambitio**
 Est autem ambitio quum ad publicos honores & magistratus
 turpibus atq[ue] in honestis artibus & blanditijs, precibus, adul-
 tationibus, largitione contendimus. At scdm Dionysij senten-
 tiam est inanis gloria sequens imaginem decoris & desiderij
 existialium voluptatum. Cl[audius]ianus cecinit ambitionem esse,
 avaritiae nutricem fœdissimam, quæ vestibulis foribusq[ue] pos-
 tenti Excubat, & p[ro]c[essu]s cōmertia pascit honorum pulsa simul.

Claud. **Vergilianum dictum.** Aeneid. lib. 3.

Pygmaliones. Pygmalion Didonis frater Sicheum mari- **Pygmalion**
 tum suum necauerat, ut illius thesauro potiretur, Dido tamen
 somnio monita, ut scribit Appianus, pecunias in unum conge-
 stis in Lybiā nauigauit, & illuc ubi nunc Carthago est con-
 sedit, Syllius in principio primi

Pygmalioneis quondam per cœrula terris,
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali Dido Lybies appellitur oræ

Tum precio mercata locos noua mœnia ponit
Cingere, qua lecto permissum littora tauro.

Polymestoris. Polydorus priami filius missus a patre in ius **Polymestor**
 belli cum magna vi auri ad Polymestorem Thracie Re- **Polydorus**
 gem generum tutelæ gratia, ab eodem avaritiae gratia truci-
 datur, auctor est Virgilii in. 3. diuini operis libro ibi. Hunc
 Polydorum auri quondam &c.

Tabulæ Syllanæ. L. Cornel. Sylla fœlix ob successus ap **Tabulæ Syll**
 pellatus, primus fuit apud Romanos, qui tabulam proscriptiæ **lanæ,**
 onis proposuit, de quo Plutarchus in vita Syllæ ad finem Pli-
 nius cap. 43. li. 7. & sequenti. Item Florus cap. 21. li. 3. Propo-
 sita est, inquit, ingens illa tabula, & ex ipso equestris ordinis
 flore ac senatu duo millia electi, qui mori iuberentur, noui ge-
 neris editum.

Triumuirales. Syllam tanq[ue] magistrū imitati Augustus, **Triumuirales**
 Lepidus & Marcus Antonius in aduersarios suos proscriptio- **Ies**
 nis tabulas proposuerunt. Vnde Florus ait cap. 5. lib. 4. sic re-
 fert, Nulla bono more triumuiratus inuiditur, oppressa aro-

Syllius

Maro.

Plutarch.
Plinius
Florus

Florus

De Immanitate.

mis res publica redit Syllana proscriptio &c. Meminisse Plutar
chus in Antonio. Plutarch

Homines duplice modo imma-
nes fieri & ab impetu vene-
reo: & ab impetu san-
guinolento.

Belluarū ge-
nus duplex

Belluarum duplex cum sit genus: earum scilicet: quae solo gradiuntur: nec vna quidem natura pastus: sed aliae tantum pabulo alantur: frugibusque: ac fruticibus: aliae carne ac cruce. Virumque tamen genus salax est: atque in libidinem pronum. Et in primo quidem genere numeranda sunt caprae: oves: asini: sues: quicque facile domesticantur: equi: bouesque. In altero leones: vrsi: tigrides: elephanti. Licet ex his quoque arte tamen multa: temporeque non exiguo non rari mansuescant. Itaque pecuum omne: ac caprinum genus licet in Venerem ruat: in feritatem tamen sanguinolentam vix vncque. At vrsi: leones: tigrides: elephanti: quinetiam tauri: canes item in Venerem pariter ac rabiem incensi ferti solent: atque in feritatem: rabidasque voluptates ac pastus. Itaque duplex & ipsa feritas est: & quae Veneris tantum rapitur impetu: & quae rabido ac cruento. Nam & Molossici canes: quicque maiore sunt statu corporis: canes minores quasi alterius generis morsibus distractos dilaniant. Homines igitur in feritatem delapsi du-

Duplex fe-
ritas
Molossici
canes